


XV E
725





[Caillaut et Martineau] Pièce 1. Daunou 1204 - Pellechet

2	— 1181	—	2629
3	— 295	—	4079
- [Caillaut et Martineau] 4	— 1199		
5	— 978	—	4964 A
6	— 977	—	4867.
7	— 1184	—	3510
8	— omis. (v. autre ex. [757] 391)	—	
9	122	—	

Robertus Gaguinus de puritate cõceptionis beate marie virginis.



Breuis annotatio et emendatio vocabulorū in quibus hec impressio mendas admisit.

In prima carta circa finem prime columne Rigor
In secundo folio post medium prime columne carneū.
In quarto folio circa mediū colūne populus domini.
In sexto folio in scđa columna circa finē illuminatōe
In septimo folio et secunda columna. Et id certo.
In nono folio et prima columna Seruat.
In eodem folio et secunda colūna Nichilomagis.
In .xi. folio post principiū prime colūne. Ingredit. atqz
In .xii. folio in prima linea scđe columne paterne.
In .xiii. folio in prima columna patriis oblita sordib9.
In .xiiii. folio in capite secunde columne Virgo decus

Cunctis marie matris christi veneratoribus Robertus gaguinus ordinis fratrum sancte trinitatis de redemptiōe captiuorum dictus maior minister Salutem et verā quam suis christus discipulis reliquit charitatē optat ꝛ pacem.

Nemo christiane religiōis instituta secutus/ ignorat ecclesiis dei morem diligenter atqꝫ reuerent̄ hactenus fuisse obseruatū: Vt eorum qui nomē sanctitatis claritate gestorum meruerūt/ venerabilis memoria coleretur. Tum siquidem primū illos vere nasci mater ecclesia confitetur: cum beatam apud superos vitā morte adepti sunt. Preciosa est inquit propheta in conspectu domini mors sanctorum eius. Quippe quibus ex hac humana peregrinatione/ mors est in vitam perpetuam introitus. Natales enim nostros in hanc rerum caliginē vtpote faustos et felices/ herodiano fastu repetere maiores nostri dānauerunt. Et tribus ex omni numero beatorum festū natiuitatis diem dicauere. deo scilꝫ et homini christo qui sanctorum est sanctus. eius preterea purissime genitrici/ que salutiferum terris splendorem prima feminarum intulit: et dominico precursori et baptiste Johanni/ cui christum aduentantem precurrere: et presentē indicare/ peculiari fuerat dono concessum. Ceteris omnibus quantalibet sanctitate coruscent/ id solenne negatum est. Itaqꝫ non vite initiū peccatori/ sed ad virtutem progressus: et ad deum felix migratio laudi vertitur. Tum deniqꝫ venerandos eos suscipit ecclesia: cum et dignitate meritorū cōmendati: et dei ope subnixi: amicorum dei appellatiōem/ et beate eternitatis cōsorcium non obscuris existimātur signis meruisse. Sed hic legis atqꝫ obseruationis vigor/ ad eam vsqꝫ non pertingit cui fuit sine contaminatiōe peccati conceptio: et sine inqui

namento virginitatis fecunditas. Non enim solius natiui
tatis marie dies veneratione digna est: sed illa lux quoqz
felicissima credi potest / que dei miseratione virgineo erat
conceptui designata. Īmouero si metiri posset eternitas: pri
mū illud diuine considerationis momentū merito venera
bile haberetur: in quo ad protoplasti defendam cōtumaciaz
de producenda aliquando virgine beneficentissimuz cōsta
ret deum cogitasse. ¶ Nam si accepti preter omnem spem in
gentis beneficii memores esse perpetuo debemus: quis pre
dicare contemnet dei prouidam dispensationem que lapsu
ro homini salutis primordium a virgine ante omnia tem
pora prepararat: Seruiens egyptio regi populus hebreorū
excussa tandem moysi ministerio seruitute / liberatōis sue
nunq̄ oblitus est: sed phase id est rubri maris traiectum an
nuū habuit et solennem. ¶ Mandantur item litteris inicia
vrbium conditarum: et earum conditoribus gloria perseue
rat. Marie igitur noue vrbis iherusalem autore deo condi
trici fidelis populus conceptionis solenne xpiana pietate
frequentat. fide scilicet persuasus se ex egypto / id est a pec
cati obligatione migrationem fecisse per mariam. que dei
filiū enixa holoferni hoc est demonioso serpenti capite adē
pto: obsessam vicijs iherusalem genus videlicet humanuz
liberauit. Eam ob rem vetere maiorum instituto canit illi
Gaude maria virgo cūctas hereses sola interemisti in vni
uerso mundo. Extat enim in hester hystoria memorabilez
illum diem constitutū iudeis fuisse in quo multis ex assue
ri prouincialibus hominibus occisis: iudei omnes procurā
te hester seruati sunt. Cur autem obscurus iacebit conce-
ptionis marie dies qui superande mortis / qui calcandi ho
stis principium extitit: ¶ Congruit itaqz xpiane instituti
onis maiestati eam a principio habuisse parentē: cui nulla

inesset originis aut vite cõtagio: sz nitida prorsus et oĩfariã
illustris cõciperetur que spirituali ꝓpagini spũalẽ vitã erat
ꝑbitura. Faciens enĩ de⁹ ab exordio mulierẽ q̃ peccatoris po
puli genitrix post viri inobediẽtiã extitit: eã de incontamĩa
ta ade costa mũdam formauit. ipse idem recreator ꝛ noui cu
iusdam orbis institutor cũ per esayam prophetã dixisset: ec
ce ego facio noua: nouã noui seculi matrez irrationabiliter
condidisse crederetur: cui vel origo sordida: vel aĩatio fuisset
carnis cõione infecta. Longe siquidez dignior ẽ reformati ꝑ
xp̃m mũdi ꝯditio: q̃ꝫ fuerit illius quẽ vel simul vel ꝑ vices
dierum ordinauit. in quo carnalis et rudis adhuc ꝛ ingrat⁹
populus factorẽ suum paucis exceptis ꝑ falsas religiones
dereliquit. In hoc vero cuius primordiũ maria extitit non
carne nec aĩali sensu: sed spiritu viuere atqz ambulare ꝑ dei
leges ꝑcipitur. Unde illud dauidis vaticiniũ prodiisse verũ
est. Annũciabitur dño generatio ventura ꝛ annũciabũt ce-
li id est spũales homines iusticiam eius: populo qui nascet̃
quem fecit dñs. Quibus hominibus ꝑ saie predictione cor
carnem id est ad obediendum facile et pronũ datur⁹ erat de⁹
Cur ergo estimemus frẽs spirituali integritati matrem fu
isse designatam que inicia haberet ĩquinata: que paterne de
riuationis labe sordesceret? Nemo habitaculũ sibi instituẽs
luto sinit illud ĩquinari: sed pura quoad potest et mũda con
gesta materia edes cõstruit et incolit. Non est profecto mi-
nus cõsultus et diligens archictectus deus purã et exptem
sordis virginẽ sibi matrem statuere: in cui⁹ vtero delitesceret
ipe atqz pasceret̃ ne purgatur⁹ hoiem adueniẽs maculatũ
prius diuersoriũ argueret̃ introisse: qui mũdum egressus vo
luit in sepulcro reponi: quod nulli antea cadaueri patuerat.
Et nũc quoqz in celũ ad deũ patrẽ reuersus: qui ꝑ corpis et
sui ꝑciosi sanguĩs sacramentũ nobiscũ semꝑ adest/ pctõris

cōſcientiā reſpuit:nec eā ſpurcitias exoſus inhabitat. quā
inſtitutōez ſecutus paulus ſpūalez vetat cibū niſi a ꝓbatꝭ
ſumi. Vn̄ mos et in hūc diē obſeruatꝰ ꝑdurat ritꝰ p̄cioſiſſi
mū dn̄i corpꝰ accipe ieiunos. Nō igit̄ paſſus ē dei filiꝰ ꝑcti
nexu matrē vinciri:q̄ et ſe ſpirituū patrē:et ꝑ illū ſpūales
filios erat paritura. Et q̄a veterꝭ inſtrumēti patribꝰ oīa in
figura cōtigiſſe apl's aſtruit: eruamꝰ myſticū ex Leuit. adi
tis ſenſū:quē ſpūalis iſrl'.i. xp̄ianꝰ auditor nō reſpuat. Aa
ron pōtifici legit̄ p̄ceptū lineā tunicā atq3 iacintinā cū ad
ſacrificādū3 ꝓdiret induere:nec ad ꝓpiciatoriū ſine iis que
ſancta dei teſtionio habebāt/accedere. Lineā veſtē q̄ nichil
morticinii p̄ſe fert ſ3 cādida tota eſt.et itē iacintynā q̄ qua
ſi de terris ad alta ↄſcendat pōtifex terrenꝰ induit. xp̄s vo
pōtifex factꝰ in eternū vt nos deo ꝓpiciaret:lineū v̄ginis
vterū.i.cādidū et mortꝭ ↄtagio nullatenꝰ infectū: ſ3 iacity
nū.i.puriſſimo celi colori nō diſſimilē tāq̄ tunicā veſtiuit.
formatꝰ ſc3 diuini miſterio ſpūs ex meris v̄ginis ſangui
nibꝰ:q̄ nec parētū3 ↄcubitu tabuerāt:nec illoꝝ ↄtactu data
a deo aīa origīs culpa ſorduerat. Quis enī conſultꝰ orator
cām pctōris acturꝰ ſordentē ꝗ fede olentē amictū induerit?
Fuit ꝓculdubio iheſus in cā humani gn̄is ſedulus orator q̇
et virgīs aluū velut indumētum:ꝗ carnis trabeā aſſumēs
exauditꝰ eſt ꝓ ſua reuerētia. ¶ Porro q̇d eſt q̄ adoleſcēti io
ſeph polymita veſtis et pluricolor texit̄ ꝗ talarꝭ:niſi q̇a cō
cipiēdo dei filio maria oīgenis virtutū et gratie coloribꝰ de
corata ꝑabatur. q̄ talari circūamicta veſtimento nullo pri
meue mortis algore lederet̄:nec tētatoris afflatu a feruore
caritatꝭ tepeſceret. Et michi q̇dē ad hāc rē aſtruendaz argu
mentū mater ſuppeditat ecclia:cuiꝰ ꝑ orbem circūſonat di
gnū maria p̄conium. padiſi inq̇t porta ꝑ euā cūctis clauſa
eſt et ꝑ beatā mariā iteꝝ patefacta eſt. Magnarum et illu

stitium edium porte fratres charissimi multo nitore semper et ornatu presulgent / nec contaminari permittuntur. A vestibulo nanq̃ iudicium sumimus claritatis / internorũ parietum. Et nos a maria spiritualis vite et celi gaudiorum auspicium ingressumq̃ facientes: eam talem prorsus recte estimabimus quale est celi palacium: cuius ipsa porta est ꝗ creditur. Si enim peccati vectem per euam celi foribus obditũ maria reserauit: impie fecerimus credentes illam pricipiũ fecisse a culpa quam aliquando deletura et pdite vite restitutrix futura erat. Nec porte celestis appellationem illi merito deferremus: cui vicio laboranti celi non patuisset ingressus. ¶ Sed ipsa est illa sine ambiguitate apud ezechielem porta: que non modo pro virginis integritate: sed etiam pro totius eius innocentie puritate clausa semper manet / per quam virtutum dominus et rex glorie magnificus ingrederetur omnipotens: et egrederetur mansuet⁹ Que clausa perpetuo esse non potuit quam ab exordio sue conditõis alicuius mortis turbo violasset. Pulcre idcirco per salomonem in canticis ortus cõclusus fonsq̃ signatus maria appellatur. cuius nec muri ambitum sceleris machina discussit: nec fontis signaculum paterne preuaricationis calamitas infregit. Sed fontem istum humilitate paruũ in longe patentem fluuium ꝗ aquas plurimas redundasse hester hystoria confirmat. Per mariam enim tanq̃ per latissimum fluentum redemptionis est nobis merces importata. ablutionis lauacrũ deriuatum. suauissime pastionis cib⁹ emollitus. aduersus peccatorũ vulnera salubre medicamen confectum. ad expugnandum potenter demonum insultus arma instructa. et belli demũ pugneq̃ gloriosa in celis compensatio reposita. ¶ De quo etiã fonte vaticinat⁹ zacharias erit fõs inq̃t domui dauid in ablutionẽ pctõrũ ꝗ mẽstruate

in ablutionem peccatorum datam esse virginem quis autu
met: cuius aqua fuisset conceptionis ceno turbulẽta? Illud
nempe de se dicere maria potest quod secundum predestina
te sue natiuitatis honorẽ in ecclesiastico scriptum est. Ego
quasi aque ductus et quasi fluuius dorix exiui de paradiso
dei. Egredi enim quasi limpidus aque ductus: et quasi flu-
uius dorix id est regenerationis medicamentum de paradi
so dei merito maria debuit: que sordibus abstersionẽ et vul
neribus antidotum afferebat. Quibus per mariam benefi
ciis nobis largissime importatis ingrati reuera fuerimus:
si arbitrabimur eam mortis fuisse dãno affectã: que preua
ricationis culpam abolere et mortis veniebat dãna per fi-
lium reparare. ¶ Quomodo enim de illa ad serpentem in pe
nam assumpte temptationis dictum est: et ipsa conteret ca-
put tuum: si mox superande culpe gratia adueniens culpã
contraxisset? Quid aliud nobis de maria gloriosius potuit
significare serpentini capitis contritio quam capitalis illius a
primo homine rebellionis concessam puritatem? Capitis
enim nomine solet principium vel origo designari. ¶ Caput
ergo serpentis calcare peccandi originis preteritio est. Por-
ro sicut in temptatione repellenda primarium est et glorio-
sum suggestionis id est malesuadẽtis caput amputare: ita
ad marie decus attinet: quod primeue damnationis ignomini
am dei potentia nõ accepit. ¶ Que inestimabilis in maria
dignitas puritasque nec christi potẽtie: nec redemptionis eius
beneficio vt plerique contendunt detrectat. ¶ Quia enim per
vnum hominẽ mors: et per vnũ christum redemptio in vitam
inducta est: mariã non negamus dei priuilegio et preserua
tionis gratia vt non caderet eguisse. ¶ Sed aliud quippe est
luto obuolutum eripere et purgare: aliud mergendo et ceno
inficiendo ne maculetur occurrere. Et vtrũque quidẽ benefi

cium attestatur redēptoris Maria autē nō a presenti inq̄-
namento mūdata ē: sed ne lapsu offenderet̄ seruata Non se
cus acsi lucernā p ventū vehemētez ferendaz recipias La-
ternam circūpōis et a turbine salua ē:ita cōcipiendā p pa-
terne originis noxiam cunctis tēpestatē mariā diuine vela
men gratie circūsepsit:ne mortis turbo illā extingueret. vn̄
illud de forti muliere in prouerbiis dictū matri dei ꝯmode
sapiens assignauit. Non extinguetur in nocte lucerna eius
Sicut enī deserētibus egyptū filiis israel colūna nubis in
terdiu velamen erat aduersus egyptios:noctu vero ignis he
breos anteibat vt ab hoste saluus populus dictum mare ru
brum preteriret:ita dei fortitudo mariaz protexit atq̄z igne
sue gratie p noctē et tenebras paterne mortis illuminauit:
vt omī pte custodita aquis nō mergeretur acherōtis. ¶ Nec
vos deterreat dilectissimi frēs ꝙ lex ꝑpter transgressionem
promulgata hūanū om̄e genꝰ subꝰ peccato vt inq̄t apostolus
cōcludebat:q̄ celi ꝓhiberet ingressuz. Vis siquidē legis hoc
habet cōdicio: vt p tpe et causa dispensationem admittat.
Paucitati nāq̄z hoim cū recēs creati essent mādatū promi
scue ē crescere et multiplicari. Soli itē pisces ⁊ terre fructus
illi in esum positi sūt. Ceteris certe aīantibus vesci fas nō
erat. Et quis nesciat exsiccato diluuio eduliorꝝ nullū fuisse
discrimē: Et longo post interuallo in lege moysi signatos
fuisse cognationū gradus quos de ducēdis vxoribus obser-
uare oportuit. Nōne cunctis syderibus et ipsi soli statutum
manet: orbē ambire semp et illustrare cōtinēter: Gedeone
tamē in gabaonitas ꝑliante sol a motu tempauit:donec p-
fligatus est hostis Et egrotanti regi ezechie prophete argu
mentū longioris vite inductū est:ꝙ aliquot in solario line
as vmbra nō transisset:īmouero lineas decez retro abiisset.
Vnde solem cōstat a diurno cursu fuisse remoratum. Age ve

to nūquid petre natura arida est: mollis tñ illā virgula ꝑ
cutiēte moyse reddidit latice ꝓfluentē. ꝙ si ex ethnicoꝝ scri
pturis quicꝗ dū diuinis de rebꝰ sermonē texim̄ afferre pi
aculū nō est: nōne accii augurꝫ nouacl'a cotē execuit: Quis
virge pōtificis q̄ diu sicca duruerat frōdem ꝗ flores fructū
qȝ ꝑter nature ꝯsuetudinē induxit: Hec legislatorꝫ ꝑrogati
ua est dū legē condit: legis necessitate nō ligari. sȝ vt res/
vt ratio/ vt dignitas vel sua vel aliena postulat legē laxa
re. Alioquī ea q̄ ad ꝓpagādos semīe hoīes lex instituit: nō
potuissȝ in maria duȝ viri nescia dei ꝯcipit verbū īmutari.
Alia id genꝰ multa sacris litterꝫ mādata sūt. q̄ ne in illis
īmoremur: facile ostendūt ꝯdite ab eo legꝫ dispensatorez eē
deū: ꝗ fuisse nōnūꝗ. Queadmodū illud de igni in exodo le
git. q̇ virtutē suā oblitꝰ: nec rubū quē ꝯphenderat offendit:
nec in succēsa a caldeis fornace pueros ꝯcremauit. Adeo eī
dei nutu v̓sant̄ oīa: vt res deo nō ip̄e rebꝰ obtēpet. De illo
ꝓp̄tea scriptū est In ditione tua cūcta sūt posita: ꝗ nō est q̄
possit resistere volūtati tue. Vñ lȝ ꝑ hoīs iobedientiā oīs eiꝰ
posteritas mortꝫ iudiciū excepit: potuit tñ dū eiꝰ mat̄ cōci
pit̄ s̄nīe modū atqȝ īterꝑtatōem adhibere: vt videlȝ priuile
gio potentꝫ dei ꝑmunita nō cōtamīaret̄ sorde origīs. Que
singularꝫ in maria dispēsatio demōstrat legi q̇dez dānatō
nis nisi dei ꝓuidētia auxiliū ꝑtulissȝ fuisse obnoxiā. quāꝗ
legē ip̄am origīs nō ꝓp̄t mariā positā fuisse v̓bū illud me
admonet ꝯfiteri q̇d ad hester de lege in iudeoꝝ gentē lata q̄
rentē r̄ndit assuerꝰ. Hec lex nō ꝓp̄t te sȝ ꝓ oībus ꝯstituta ē.
Sed quō inq̇t aduersariꝰ adiuta dei bn̄dictōe fuit q̄ nōdū
extabat: Et quō de duobꝰ inquā gemīs fratribꝰ esau dico
ꝗ iacob/ ex dei ꝑsona teste apl'o: lōgissime priusꝗ nascerent̄
cū nec boni nec mali q̇cꝗ egissent: dici potuit Jacob dilexi
esau aūt odio habui. Ecce añ nascētiā alt̄ priuilegio amorꝫ
alt̄ odii maledicto est ꝑsignatꝰ Recte ꝓfecto apd̄ eccl'iasticū

ſapiẽtia hec loqͥt. Nõdũ erãt abyſſi et ego ꝑturiebar. ¶ Itaqꝫ
ↄcipit ⁊ ꝑturit de⁹ q̄ neſciẽtib⁹ nobis ineſtimabili archano
ſue diuinitatꝭ ſtatuto tp̄e ꝓfert. Quare credi ſine fidei ia=
ctura põt: natã ĩ dei eťnitate mariã lꝫ corꝑe nõ extaret: gra
tã nichilomin⁹ deo: amatãqꝫ fuiſſe ſp̄. Ut cũ tp̄s ↄceptõnis
ei⁹ aduenit: nõ deſtiterit ſolũ amare: ſꝫ eã ſpeciatĩ ꝑtexerit
gr̄a ſingulari ne ſibi fieret aliq̄n nõ amata: quã ad maťni
tatꝭ magnificã glĩaꝫ deſtinabat. Q̇d odii malũ marie ↄti
giſſꝫ: ſi paťne ↄceptõis ſuboleuiſſꝫ feditatẽ. Q̇d ẽt nõ igno
rãs ſalomõ in cãticis ex marie ꝑſona ſic ꝓphetauit. Leua
ei⁹ ſub capite meo: ⁊ dexťa illi⁹ ãplexabiť me. Cui vatici=
nio aſtipulať mulier illa. i. maria q̄ in apocalypſi iohãnis
amicta ſole viſa ẽ. Nullo ſiq̇dẽ potuit ĩiuſticie fumo obſcu
rari: ꝓſerti ad illuminatõeꝫ gentiũ ꝑpata ⁊ paritura lucẽ q̄
⁊ pctõꝝ tenebras ⁊ cordiũ abſcõdita reuelaret. Ea nãqꝫ li
bertate decuit ĩgredi ťras reginã orbis vt ꝑmiſſis caducea
torib⁹: ⁊ ꝓgrediẽtib⁹ obuiã ꝓcerib⁹ ĩcederet libertima. ne ve
ctigalis q̇cq̄ nec tributi publicanis aut portitorib⁹. i. demo
ni ⁊ mortꝭ exactorib⁹ pẽdat. q̄ ſingula erga mariã nõ min⁹
ſollicite q̄ꝫ venerabiliť obſeruata fuiſſe legũť. Patriarchaꝝ
nãqꝫ figuris ⁊ enigmatib⁹ vt inq̇t Hiero. fuit ꝑſignata: ad
mirãdis itẽ ꝑintellecta ꝓdigiis. Portẽdebãt itaqꝫ atqꝫ nũ
ciabãt vẽturã rubus ſine incẽdio ardẽs. florẽs ſine irriga
tiõe v̓ga põtificis. ĩ area poſitũ gedeõis vell⁹. ⁊ apd̓ danielẽ
mons a quo ſine artificis miniſterio ꝑciſa ẽ ſtupẽde eſtĩa=
tiõis gẽma. i. xp̄s. His mirabilib⁹ nõ ĩcerta neqꝫ obſcura: ſꝫ
tandẽ cognita acceſſit vatũ ꝑdictio. q̇ de ieſſe ꝓpagie naſci
turã virgã et florẽ: oriturãqꝫ de iacob ſtellã ſpũ ſãcto affla
ti cognouerũt atqꝫ cecinerũt. Quibus ſacroſctĩs myſteriis
lõgiorẽ adhibere explanatõem abſtinem⁹. q̄nquideꝫ veterũ
ↄmẽtariis ĩnoteſcũt ad mariã ſana fide pertinere. ¶ Cuius
exortus cum ꝓxime ſcd̓m dei diſpenſatõem adeſſet: velut

lucifer ortũ solis preueniẽs: ãnũciat⁹ ẽ. Qui p̄nũciationis
honos qñquidẽ ysaac et iohãni saluatoris precursori anteq̃
mater illos conciperet cõcessus ẽ: multo excellẽtius debuit
erga xp̄i parentem obseruari. Sicut enĩ anne diu sterili Sa
muel concipiendus ãnũciatus est: ita sancto ioachim patri
marie dum apud armẽtoꝝ suoꝝ custodes ageret: matris dei
marie ẽ significatus cõceptus. Tam multis igitur p̄currẽ
tibus signis. tot vaticiniis atq̃ pͦdigiis marie aduẽtum si
gnantibus christiane non cõgruit sanctitati tam admiran
dam populi saluatricẽ et reginã seruitutis aut mortis legẽ
subiisse. Cũ enĩ reliqua oĩa admirabili supra cõem naturã
priuilegio fuerint illi delata: sine iactancia vix imitãda hu
militas: cõcipiẽdi sine viro ĩaudita facultas: sine grauedine
venerãda maternitas: sine vllius dãno v̄ginitatis p̄fecta ĩ
tegritas: nulla in p̄tu gemebũda debilitas: nulla obstetricis
curiosa sedulitas: nulla post p̄tuz pudoris temeritas: et per
oẽm vite progressum nullius peccati malignitas: ĩpiuz esti
mari debz cõceptioni illius defuisse puritatẽ. Nam si precẽ
toribus dominici aduẽtus hieremye dico et iohãni sanctifi
cationẽ ab vtero tribuim⁹: quod dei genitrici maius gracie
munus collatũ esse putandũ est: si q̃admodũ illi ita hec in
vtero tãtaz sanctificatõez accepit. Parui certe arbitrari dz
in p̄cipe liberalitas atq̃ gratitudo: nisi plur᷑ matrẽ fece//
rit q̃ militẽ. donauit reuera deus matrẽ tãta magnitudine
et copia dignitatũ: vt scd̃m anselmi sentẽciã nulla post ip̄z
purior maiorq̃z posset ĩtelligi. Grãdis profecto debuit esse
nota bene
virtutibus ⁊ gratiis dilatata mirificis. q̃ quẽ orbis nõ capi
pit ĩtra sui vteri ãgustias ꝯprehẽdit. Cui⁹ bñficẽcie nõ igna
ra virgo: fecit inq̇t mihi magna q̇ potẽs ẽ. Et iteꝝ fecit potẽci
am ĩ brachio suo. ĩ brachio q̇ppe ⁊ fortitudĩe sua de⁹ noua pu
ritate matrẽ ad se concipiendũ educãdũq̃z creauit: q̇ stellam

nouam et ceteris splendidiorem erexit:que natum se et va
gientē manifestaret mundo atq3 declararet. ¶ Sed ecce ob/
strepit et frendet iterum maledicus:et ne in laqueum cadat
quem tetendit:duplex conceptiōis tempus signat. Vnū cū
sc3 corpore membratim ad formā hominis composito/rati
onalem creator deus spiritū infundit. Alterū cum iam in
tegratus carne et spiritu homo:gratie et sanctificatiōis ca
pax existit. Priorem conceptionē imundicie subdit a pecca
to:ppterea q per concubitum maris et femine concepta ca
ro sordem ducit a primi preuaricatione genitoris.cui carni
inspirata anima peccati mortisq3 pticeps efficitur. ¶ Quod
peccatum cui originale nomen est:indignā que celebris ha
beatur marie conceptionē reddit. Vnde secunda3 illam que
benedictōnis conscia esse potest recipit calumniator a colit
tanq̄ post completam animationē paruo mox momēti in
teruallo mariā mundam fecerit atq3 sanctificauerit deus.
At marie simul dum conciperetur assistricem comitēq3 in/
nocentiam dei potentia et virtute semper ita fuisse non in
iuria quippiam dixerit:Vt neq3 resolutum a parentibus se
men pruritum concubantibus aut titillationē attulerit: s3
neq3 ex ipso semine conditū corpus marie sorduerit. ita vt
adeo mundus adueniens spiritus mundam carne3 inspira
ret. Itaq3 quia religiosissimi marie parentes prolis studio
qua diu caruerant affecti/continuis se precibus apud deu3
exercebant:orantes sibi concedi sobolem quam sancte edu
carent/et diuinis formarent institutis exauditi sunt. ¶ Et
nuncio diuinitus accepto pietate magis q̄ voluptate con/
gressi sine libidine:Vt pie credi fas est:marie generatōni se
mē in morē sudoris posuerūt. Incubis eni quos ex demōib9
fieri traditur potestas est sumpti alicunde seminis seruan
di atq3 effundendi:cum tamen humane libidinis sint exp

tes. Cur igitur quippiam mente purgatus: et per continuã
pietatem ab animi perturbatione sepositꝰ: et cui attrita sit
caro exercitatione virtutum et diuturnitate ieiunioꝝ effe
ta: cur inq̃ sine vlla veneris titillatione: si deus vnice adiu
tor est: non operetur genituram? Extant apud stoycos hu/
iusce purgati hominis exempla. Ex q̃bus diuino huic tra/
ctatui vnum inserere non verebor. Vt quod ethnico philoso
pho glorie datur: non sit christiano et scrutatori veritatis in
expertum. Xenocratem philosophũ tãta continẽtia fuisse
litteris mandatum est: vt phyrne meretrino nota athenis
mulier nulla palpatione / nullisqꝫ blandiciis aut impudi/
cis suauiis eum emollire potuerit ad illecebras libidinis:
q̃uis de eo demulcendo bella et blanda instigatrix cũ ado
lescentibus quibusdam pignus posuisset. Tantũ si potuit
in xenocrate continentie consuetudo: erit in fideli et conti/
nente xpicola gratia potentior? Quod cum in virgũculis
multis: tum in agathe virgine legimus mirabili cõstantia
comprobatum. que a quinciano vrbis rome prefecto cũ ad
explendam turpitudinem appetita / castitatẽ virgo animo
se tueretur: missa est ad aphrodicem leenã que scortis duo/
decim velut primaria lenocinii artifex presidebat: vt eius
contubernio titillantibus blandiciis tenella virgo a conce
pto pudore resipisceret. At illa firmissime rupis instar indi
scussa perseuerãs: postq̃ dies triginta in eam molliendam
blandiens leena consumpsisset: nec mẽte nec carne viciata
puella continentie compos euasit. Tam potens est mens
deo roborata omnes oĩm rerum turbatões peruincere: ita vt
vir ꝓlis causa vxori congrediẽs: nec aĩali mollicie fluctuet
nec rationis eliminatione priuet. sicut absqꝫ vlla discepta
tione confitemur purissimũ ex membris virgineis sangui
nem ad locũ cõceptioni designatũ sine ipsius ĩmutatiõe vt

dei filius conciperetur confluxisse. Quo coituros modo cõ
iuges in prima illa si pseuerassent innocentia plerique affir
mant: ita ut ad procreandos liberos manaret ab illis semẽ
non secus ac ab estuante liquitur sudor. Quanquam non puto
hinc id est a coniugum tantũ prurienti coitione peccatum qd
originale est duci: sed magis cõtactu superuenientis ad carnem
spũs cõtagione quidẽ prime originis infectam. i. seminariũ
concupiscentie preseferentem. et qua parere caro spiritui tar
diuscula est. Qui preterea spũs quia coniũctione corporis
tanquam somnolentus atque compeditus debitũ deo facile non
exsoluit: carere traditur primeua iusticia: qua et caro illi et
ipse suo creatori obedire ante ade peccatũ non pigritabat.
Prona igitur a recto deflecti cõcupiscentia velut languor
et pigricies quedam concupiscentie pedissequa et adeo discors
in homine pugna peccati originis lues appellatur. Quam
carnis et mẽbrorum ut inquit apostolus legem atque impu
ritatem / nisi comes deus cõtinenter affuisset: accepturã in
initio mariã non diffitemur. Verũ ut ab explẽticis aut co
miciali morbo grauatis: vel a morionibus ples medici ope
ra non semper infecta cõcipitur et nascitur: ita dei benigni
tate iugique ministerio: vel qd excellentius dici põt maiesta
te atque auctoritate seu legis suspensione vel dispensatione
pcurata maria sine infirmitate: sine languore: sine morbi
da carnis qualitate cõcipi debuit et nasci. Nam qui legẽ tu
lerat parentes honorandi: debuit concipiende matri innocẽ
tiam / et oẽm que excogitari põt puritatem non negare: de//
buit legis seueritatẽ moderari / et laxare rigorem: qui migra
turo de egyptiorum seruitute israeli mare rubrum: stantibus in
muri speciẽ aquis exsiccauit: quique ad extremum vite pro
gressum suã mundissimã genitricẽ nõ est passus corruptio
ne carnis absumi: sed eam supra omnes celos / supraque an

gelicam dignitatez potenter magnificeqz terras deserentē traducere non distulit. Venienti itaqz in orbem terrarū marie non minus honorificus esse debuit deus: q̄ futurus erat de terris abiture. cū eam suscipientes celesti triumpho angeli cecinerunt. Que est ista que ascendit sicut aurora rutilans pulcra vt luna electa vt sol. Et iteruz. Que est ista q̄ ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris Aurora mediusfidius rutilans est maria: que solis. i. christi ortū precurrēs miro candore puritatis et cōcepta enituit: et nata refulsit. Nec inepta cōsideratōne virgula fumi appellatur: que tenuis / et vt inquit Hieronymus gracilis et delicata suauiqz virtutū oīm spiramine odorē diffundens: et p sanctitatis et meritoꝝ gradus euecta oēm supergressa est et dignitate et loco creaturā. Quāobrem nō temere illud dauiticū dicere maria potest. Dedisti michi protectionē salutis tue et dextera tua suscepit me. ¶ Sed cur inquit obtrectator mortis conditōem / legēqz hoc est penā peccati incurrit: si a conceptione nullam reatus necessitatē contraxit? Eni uero siti / fame / tristicia / dolore / metu / et reliquis humane fragilitatis perturbatōnibus affecta est: que ab origine incōmoda certū est excipere mortales. Si reatus nō precessit: cur affligit cruciatus innocentē? Non attendit homo cecus quo iaculum mittat: neqz intuetur eodem se mucrone filiū traiicere insontē / quo offendit genitricē. Melioris vite dator atqz innocētie restitutor xp̄us vagiit natus: metu herodiane p̄secutōis aufugit: esuriit adultus: infremuit spiritu mortē recordatus: tristiciā passus est: verberibus multis iniuriā accepit: sputo irrisus est et colaphis: et morte tandem cū sediciosis mulctatus est. Dicemus ne hec illum p̄pterea tolerasse: quia viciū sumpsit ex parente? ¶ Itaqz suscepit infirmitates volens: a quibus nec alienā voluit esse matrez

ne non ex hominibus eos prodiisse mortalis ignorãtia pu
taret si que homĩbus cõmunia ꝑ naturam erant ea nec ma
ter nec filius subiisset. Sed in hoc plenitudo maiestatis ha
buit vt imaculatus gigneretur. In illa vero ne pro cõmuni
lege paterna trãsgressione sordesceret gratia ⁊ potentia sal
uatoris abundauit. Alioquin nõ innocentẽ in virgine ma
teriam vnde ipse formaretur inuenit. Nam si matern⁹ san
guis saporem ex vase nõnunq̄ luteo et peccati corruptione
corroso suscepit: formatuz inde xp̄m q̄tum ad eam attinet
partem labefactũ aliqñ fuisse confiteri necesse est. Quod
quãdoquidem a vero abhorret: non improbande pietat̄ pu
tari debet virginẽ dei beneficio nichil sensisse vnq̄ culpate
originis: p̄sertim cum eius creande cã esset: vt noui sicut su
pra ostendimus mundi noua forma existeret: ⁊ dei filium
mortis euersorẽ conciperet / pareret / lactaret / educaret. Ve-
rum ne pertinacis obiectoris spicula suffugere videamur:
ad cõceptionis quo nos vocat exordiũ redeamus. Extare
inquit oportet id quod alterius opem beneficiũqz excipit.
Actiones enim oẽs sicut rei extãtis sunt: ita circa aliquid
quod est versari intelligũtur. Marie igitur puritati q̄ non
dum extabat seruator ille de⁹ opitulari qui potuit: nec vnũ
prorsus extandi momentũ esse cõceditur et gratie. Quali-
tatibus enim res ipse vt picture superficies susternuntur.
Preit igitur natura benedictioni: et vita morti. At quia de
summi figuli. i. dei operibus et q̄scite ignorantibus nobis
operetur disputatõem sumere non satis ꝯsiderati hominis
est. nemo enim vt est apud esaiã: dicit patri quid generas:
suppeditent sacre nobis littere de gurgustio et pedica argu
mentãtis exitum. Marie siquidẽ dum ad angeli turbatur
eloquiũ: sterilem elysabeth gabriel ãteponit: cui grauide fa
cte sextus a iohãnis cõceptu mensis erat. quasi cõcipiendi

fidem virgo respuere non deberet que diutissime sterilem &
plenam annorū matronam intelligeret cōcepisse. Ad hunc
proculdubio modum quod difficillimū factu nōnunq̄ arbi
tramur: alio quodam ex scripturis exemplo comprobam⁹.
Prodeant igitur ad nostre assertionis firmamentū facta si
milia quibus aduersatoris acies ꝓfligetur. Predestinatio
dei actio est nō temporaria sed eterna: qua gratiā iustificā
dis beatificandisq̄ʒ donare longe ineffabiliter anteq̄ʒ cōci/
peretur deus ordinauit. Erga igitur nondum extantes cre
aturas mens et cōsideratio dei versabatur: cum eas vel ad
beatitudinem / vel ad miseriā seligeret. Unde paulus thar
sensis multis annorum milibus priusq̄ʒ prodiret natus: lu
pi rapacis appellatōem ex patre beniamin: vt interpretat̄
augustinus: accepit. Legimus quoqʒ complures in diuinis
scripturis locos nomen a rebus postea gerendis per antici
patōem fuisse sortitos. Et si figulum cōsideres: videbis ex
terre mole fictis nōdum vasis distinxisse officia: et ea cer/
to aliquo vocabulo designasse quod nōdum est. Nō segni⁹
aliquis tibi statuarius respōdebit cum dolandam celandā
qʒ materiam desumpsit: petri vel andree simulacruʒ oē q̄d
sculpit nullis sit licet figure liniamētis distinctum. Nō ali
ter faber et celator deus designatam sibi in eternitate geni
tricem cum tempus oriēdi successit: vigil cōceptioni comes
et protector affuit: et matrem ne tenebris caligaret peccati
vultu: vt inquit dauid: suo i. presentia maiestatis eam ad/
iuuit. Non enī vt in psalmis legitur / dormitabit neqʒ dor
miet qui custodit israel. Nā illud hieremie verū est. Sicut
vigilaui vt euellerem: sic vigilabo super vos vt edificem.
Neqʒ nobis de temporuʒ momentis siue instantibus cura
debet esse anxia / cum de diuinis operationibus agitur que
non stantia ideo dici possunt q̄ʒ vix sunt cum esse desinunt

Quorum discretionem vel subitam successionez dei virtus in operando non respicit. Stat enim dei dictio & efficax verbum: cui per nullius momēti intersticiū comes et presto ad est effectus. Ipse inquit ppheta dixit & facta sunt. Nō scrutemur in matris dei cōceptione preexistentie atqz illuminationis instantia vel momenta quibus anxiari solet nō christianus: sed scrupulosus quippiam et litigiosus sophista. Non est vestrum inquit xpus nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. ¶ Nec pensitabundi aut solliciti simus quo se loco maria recepisset: si pre resurgēte filio vita fuisset defuncta. Cum enim ex symeonis predictione gladius. i. passio et mors xpi pie matris animā trāsiturus erat: preteriti vaticiniū non potuit vt genitricis interitus filii crucifixionē et mortem preueniret Nam inane domini verbum nō est qui ad discipulos ait. Amen dico vobis vnum iota vel vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Quāqꝫ illud non est a recta fide alienū credere domini matrem si filium in mortem anteisset/aliquo illustri collocandum loco donec simul cum suo et omniū saluatore in eam quam nūc supra celestes thronos sedez obtinet fuisset assumpta. Enīuero minore priuilegio digna nō est ꝙ beati illi viri enoch & iohannes quos paradisi illius terrestris amenitas admirabili nobis modo excepit. et in postremum dominici diem aduētus seruata. Sz temeritati pximū est ea anxio scrutinio rimari: et tāqꝫ ancipicia itro ducere ꝗ vel ab illumīatissimis vatibꝰ pdicta: vl' a xpo posita cognoscimꝰ. Matri igit̄ mors dn̄ari an̄ filii excessuz nō debuit: ꝗ passiōis ipiꝰ gladio traiiciēda erat. Sz ꝗpobrē vnā p creat̄ oibꝰ mariā mortifer origis genꝰ supasse dubitemꝰ cū alia qdā in gn̄e aīantiū oppido stupēda referāt̄: Est enī affrica m'ltiformi serpētū veneno vexata. ꝗ hoīes bestiasqz

nunc clam nunc palam aut interimant: aut crebro vulnerent. Psylorum tamen genus aduersus hanc perniciem inoffensum stetisse complures autores pari sententia scripsere. Cur igitur in maria miraculum esse videatur: si in comune humani generis virus sola steterit intacta? Nec vero indubitatum illud est: ethyopas sine sui iactura draconibus vesci. Dedisti inquit dauid eum escam populis ethyopum. Si virulentum animans edentes se ethyopas non ledit: minus longe mirari pietas debet virginem aduersum peccata prodeuntem vicio non tabuisse primi facinoris. Et quia ethyopas cursim attigimus: vicinos illis consideremus egyptios. apud quos pestifer anguis cocodrillus frequenter visitur nili fluminis incola. qui omni animanti crudelissime infestus uni trochilo auicule quem regem auium ytalus vocat parcit. Tentyrios quoque inter habitatores egypti solos non attingit. et ad eam quam incolunt insulam autore plinio non adnatat. Non ergo imbecilli fide teneamus fratres humano generi sapientius consuluisse deum: Ut qui contra serpentium inquietudinem quosdam voluit populos intemeratos esse: ita aduersus insidiosa venena demonis unam saltem futuram sibi matrem illesam prorsus fore prouideret. Quare illi scite per salomonem ex persona celestis sponsi precentum est. Tota pulcra es amica mea et macula non est in te. Cuius equidem pulcritudini atque puritati assentitur augustinus de baptismo puulorum sic disserens. Hac excepta omnes sancti dicunt. Porro de conceptionis huiusmodi mundicia atque innocentia. tam et si nulla nobis ex litteris diuinis expedita testimonia suggeri monstrarique vociferetur aduersator: attendat ipse qui diuersam positionem egre atque operose tuetur: nichilominus sacris se testimoniis adiuuari. Quamuis enim numero stipatus doctorum gloriabundus insultet: id eo spectat ut fuisse olim tpis

[Marginal manuscript note:] ... ge... / ... quos ... / ... non haben... / ... nos ... / ...nus. et ...

constet:sicut ante diui augustini etatem de virginis assum
ptione nulla lata erat sententia:ita de ꝯceptionis puritate
licuisse aliquando varia cōiectari. At post vbi optimorum
relatione hoīm miracula autore maria facta nūciata sunt:
quibus cōceptionis diem fore festū virgo mandauit:quan
doquidē etiam reuerētia et deuota fidelis popl'i religio nul
lo suasore/sed dei tm̄ vt sane credi potest instinctu:hoc an/
nuū et solenne accepit:simulqꝫ piis votis successit spūali
um virorū et basiliane cōuentionis nō contemnenda auto
ritas:impie eos agere putandū est qui celebrande quotānis
cōceptōnis morem eliminare cōtendunt. Nam si dignis of
ficiis excipimus natam:cur non venerabimur conceptam?
Itaqꝫ plurimos dies festos longe inferiore causa clerus in
duxit et habet. Si enim cuiuspiam e sepulchro sancti corpo
ris translatōem venerandā retinemus:si fragmentorū vel
sanctaꝝ reliquiarum acceptionē siue susceptōem in memo
riam reuocamus:si apostolorum diuisionis a quibusdā co
litur memoria:si principis ecclesie petri cathedra: si doctorꝭ
gentium pauli cōuersio venerabilis est:quare eius cōcepti
onem differemus venerari:que vt nasceretur concepta est:
nata vero vt dei filius ex ea progrediens nos a mortis dā
natione liberatos in vitam et regnum suū sisteret? Obser
uant alii noua institutione diem qua fecunda deo vginis
humilitas grauidā sācto iohāne elisabeth visitauit. Alius
solenne est marie festum de niuibus. Introducūt alii virgi
nis in templo ꝑsentatōem. Que licet solennia cuiuspiam
habeant venerationis et cultus ratōem:minor tamen ali/
quāto est ꝙ omniū parentis et regine principium vnde reli
que festiuitates vt celebrarētur caput obseruationēqꝫ sum
pserunt. Quare si marie singula generi christiano prebita

pii operis et honestissimorũ exempla morum pensitemus. non indecorum neqʒ irreligiosum putabitur eiusdem iuxta crucem filii astantis plorationes et fletus ãnuo festo recordari. deqʒ ea re cõmemoratõem populo indicere feriatam. Nam si gaudiorũ eius cõsortes fieri bene viuendo speram⁹: cur amaritudinis ipsius et cõpassionis dolores nõ imitabimur: Sed tã multa et filii et matris pii dogmatis colligẽda fragmẽta supersunt: vt illa colligere ecclia sufficienter nõ possit: vt mysterioꝝ quãtulam saltem ꝑticulaʒ quiuis ꝑ anni circulum dies accipiat. Sed primarias rei geste dignitates paucioribus assignare obseruatõibus satis est ne minutarũ multitudine rerũ pressa plebs xpiana a querendis vite subsidiis reuocetur. Sunt enĩ semper abunde in ecclie sanctuariis quibus hec oĩa cure et meditationi succurrunt: quoꝝ frequẽti memoria solaciũ in vite aduersitatibus ꝛ aduersus irruentes tẽtatõnes ꝓsidium sibi suppeditãt. Itaqʒ nemo vnq̃ marie deditus deuotusqʒ quẽ puritas illi⁹ atqʒ indicibilis sanctitas et excellentia delectauit: quiqʒ inconcussa spe accipiende ab ea opitulatõis ductus eã excoluit. nemo inq̃ est qui se ab ea desertum queratur. Cuius rei certam experiẽtiam quia nõ tãtum imanis olim peccator ille theophilus sʒ innumeri beneficioꝝ marie cõscii cognouerũt: nõ subiciã de re celebratissima hystoriã. Ipse ego marie beneficẽtie testis nõ mendax accedo: qui in bethica hyspanie parte cũ diu grauissime egrotarem: nec medici sedulitas remediũ afferret: sed salutis expectatõe defectus in vni⁹ marie benignitate opeqʒ meã salutem reponerẽ / me iugi oratõne et assiduo morbo fatiscẽtem somnus accepit. Nec diu ꝗeuerã: ecce misericors vgo filiũ suũ ihesum in dextera cõportãs / aureo vestita pallio / facie adeo venusta ꝛ clementi vt

Virginem facile pudicissimã existimares: cui mille gēmis corona capiti insidebat / meū modeste cubiculum ingredit: in pluteū qui reponēdis poculis tapete tegebatur ascendit: Que stans et me clemēter aspectās: michi eam p quietē intuēti solaciū nō mediocre ꝯferebat Admirātem me ꝟginis spēm atqꝫ decorã modestiã / sic tandē est comiter allocuta: Orasti inquit me et diuturna prece pmouisti. leuamen tibi a morbo prestarē: ne te extrema vt sepe multūqꝫ ꝗrebaris tellus vita functū sepulchro exciperet: sꝫ curatus atqꝫ incolumis caros tibi vita et consuetudine cōiunctos reuiseres: negocio cuius gratia aduenerās expleto. Perseuerāti fide esto. exauditus es. Valitudinē cōsequeris bonã. francos repetes. a dulci tuo natiuitatis solo nō priuaberis. Vix huiusmodi sermonē virgo exegerat: et ipsa cubiculo delapsa est: Quã voto voceqꝫ sum vt erã appetēs salutis deuote prosecutus. Cuius virginee cōsolationis nō est michi vana fides. Protenus enim elanguit morbus et melior me virtus stupētibus postridie medicis solidauit. Quippe qui me superiore pximo die tanꝗ morti derelictū inter plorātis familie gemitus deseruerāt. Adeo potēs est misericordie mater et regina succurrere petētibus se atqꝫ vnice diligētibꝫ. ¶ Petitionis aūt et precū dum egrotabã mearū orōnem versibꝫ cōmendaui: que apud multos extat testimoniū restitute michi a virgine sanitatis. ¶ Persistemus ergo fratres dilectissimi in virgineo cultu alacres. nec formidini nobis sit aduersantiū calumnia. sed cōceptã sine cōtaminatōe mariã stabili pietate credamus. qm̄ cōcipi impura nō potuit quã supra choros angelorꝫ oīpotens deus destinauerat exaltãdaꝫ Vbi ad dexterã sublimis dei assumpta patrociniuꝫ accepit penitentium peccatorū. ¶ Jam ergo sermoni nostro finem

adiciētes: te virgo innocētissima multa deuotione flagita mus: si quid tue simul et filii tui dignitati nō cōsentaneū de tua cōceptione disserētes attulimus / nos admonere festi nes. A pietate enī omnino est quod in tuas laudes nostra humilitas desumpsit. Erratū emēdet tua miseratio celerit quod equidem non temeritas sz religiosa in te obseruatio ꝑ suasit. Nosqz de tuis benemeritos obsequiis redde. quibus credimus (si digna erūt) non minus quoqz gratiaz mereri saluatoris. Tu a fragilibus exhibitū tuo honori officium mitis et clemēs accipe. Boni cōsule quicquid vel tētatione victi / vel ignorātia ceci peccamus. Impetra resurrectionez a virtute cadentibus. perituris mitte presidiū. bene agenti bus pseuerāter agere cōcede. atqz iis et benigna semper et misericors accedas: qui tuo se suffragio petūt sperantqz fi deliter adiuuari. Hoc nempe prestare potes vt domina: im plere vltro soles vt mater: differre vt patrona non debes: assistente tuis perpetuis suppliciis filio tuo ihesu: cui datā in celo et in terris oēm esse potestatem catholica per orbem religio confitetur. quiqz cum patre et spūsancto viuit et co litur deus in secula seculorum. ¶ Amen.

¶ Explicit beate b marie de

¶ In cõceptione beate marie virginis per eundem Gaguinum officium.

¶ Ad primas vesperas antiphona.

Incipe sancta cohors gaudere frequentibus odis.
Ingreditur vite limina virgo parẽs. ¶ ps Letatus.

¶ Antiphona.

Eua caput sceletum colubro dum credula paret:
Et fletũ et mortẽ stulta virago tulit. ¶ ps. Ad te leuaui.

¶ Antiphona

Lucis principium maria est et origo salutis.
Aret vbi vicium/nascitur vnde fides. ¶ ps. Nisi quia

¶ Antiphona

Matre diu sterili/veterum signata figuris:
Candida cõcipitur nix velut orta recẽs. ¶ ps. Qui ꝯfidũt

¶ Antiphona.

Tale decebat opus datricem legis opime
Qua vetus interiit: et noua gẽs oriẽ. ¶ ps. In ꝯuertẽdo

¶ Hymnus versu Saphico adonico.

Hec dies nobis veneranda semper
Annuo celi rediit meatu
Qua celebs christi genitrix paratur
Visere terras.

Canticis olim celebrata vatum
Concipi cepit sine labe culpe
Nam dei lumen paritura fulsit
Vndiqꝫ clara.

Hec fuit iesse genus et propago
Pulchrior luna procul a tenebris

Legis haud quicquā referens aterne
Mundior astris.

Quam sibi mortis dominus parabat
Morte percelli vetuit parentem
Gnatus hoc matrem cumulare dono
Debuit amplo.

Legis excelsus faber et creator
Claudit et celos aperitqꝫ rursus
Vinculis nec se paciens teneri
Liber agit rem.

Demus huic laudes humili canore
Quem colunt diui super astra regem
Cuius est nomen decus et potestas
Mira creatis. ¶ Amen

¶ vsus ¶ Pulchra es et decora filia iherusalem.
Rn̄. ¶ Terribilis vt castrorū acies ordinata.

¶ Ad magnificat antiphona.
Supplicibus votis petimus te virgo benigna:
¶ Dirige conceptos in tua festa modos.
¶ Oratio.
Presta nobis deus noster benedicte matris tue conceptōez venerantibus īnocentie puritatez: vt sicut illa tuo hodie beneficio paterne trāsgressionis cōtagionem dum cōciperetur non incurrit: ita nullo nos permittas iniquitatis impuritate sordidari. Qui viuis et regnas ꝛc.

¶ Inuitatorium.
Festa dies agitur marie venerabilis ortus.
¶ Expulet hinc torpor: et pia mens vigilet. ¶ Venite.
¶ Hymnus carmine asclepiado.

Celorum dominam magnificet chorus.
Conceptusqз diem proferat impiger.
Hinc nobis oritur vita fidelibus.
Et scelus interit.

Hec ruth est noemi credita pulchrior.
Non ullis patens oblita sordibus.
Quam gnatus meritis auxit honoribus
Nec tulit infici.

Hec celi reserat sponte pia fores.
Festinans miserum soluere compedes.
Et crebris precibus conciliat deo
Quos videt atteri.

Ergo te petimus digna deo parens
Fer clemens famulis veniam et opem.
Si felix aderis vota ferentibus
Nil erit anxium.

Sit patri pietas/sit genito decus.
Communi sit honos spiritui sacro
Est quorum rutilans vna potentia
Vna benignitas.

¶ In laudibus antiphon.

Ecce rubet properans aurora reuisere terras
¶ Dum virgo exoriens candida concipitur.
Laudibus vt par est christi solennia matris
¶ Mens pia vox modulans puraqз lingua sonet.
Hec virgo est nullo sceleris temerata reatu.
¶ Pura magis vitro/sydere lucidior.
Transgreditur superos meritis et sede beata
¶ Que rerum auctorem flamine feta tulit.
Te virgo ardenti feruentes corde rogamus:
¶ Da nobis de te cum pietate fidem.

¶ Hymnus in laudibus.

Virgo deus superum celestis origo salutis:
¶ A te principium vita beata capit.
Mater es unigeni fluit a quo gratia verbi.
¶ Reddimur et luci quam scelus obtenebrat.
Te semper canimus. te cantica nostra loquūtur.
¶ Ergo faue resonis laudibus alma tuis.
Solue reos culpa: populi miserere ruinis.
¶ Quo qz tuum premitur hoste leuato genus.
Hoc prestet genitor / et de te virgine natus.
¶ Flamine cum sacro quos decet vnus honos.

Vsus. ¶ Fecit potentiam in brachio suo.
Rū. ¶ Dispersit superbos mēte cordis sui.

¶ Ad benedictus Antiphona.

Virginis obtineat nobis conceptio pacem
Discipulis xp̄s quā moriendo tulit. ¶ Oratio vt supra

¶ Ad magnificat antiphona.

Sacra tui virgo conceptus annua vesper
¶ Exigit. et iam sol equora subter abit.
Lux veniat christus qui te sine nocte creauit.
¶ Et nos illustret lumine ꝑpetuo. ¶ Orō vt supra

¶ Secreta oratio.

Pias fidelis populi oblationes ad tue maiestatis cōspectū deus admitte: et quē pura genitricis filii tui cōceptio hodie deuotiorē reddit: eundē tua benignior semp indulgentia cu stodiat. Per eundem ¶ Oratio post cōionem.
Spūalis nos refectio deus virtutibus āplificet: vt quibus matris filii tui ꝯceptio solennis perseuerat: tue quoqz bene dictionis assit eisdem munimētum. Per eundem. ¶ Amen.

